



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Liber De Regno Dei, De Qvo Christvs Loqvvtvs Per Dies quadraginta

Flavin, Melchior de

Parisiis, 1566

De differentia regni Christi à regnis huius saeculi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29986

& vita & moribus, cuius regnum hūc inchoatur fide, spe, charitate & spiritu sancto : & consummatur in vita æterna: hoc enim regnum pater instituit, & cōfirmavit suis promissionibus, quod in Christo constitutum est, cui pater dedit, *Psal. 2. Psal. 2.*
 Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & Ioan. 17. tui erant, & tu eos *Ioan. 17.*
 mihi dedisti : qui autem est autor huius regni, etiam est conseruator : Christus enim quia rex tuetur suos : Quia autē sacerdos interpellat pro suis. sempiternum enim habet regnum, & sacerdotium.

De differentia regni Christi à regnis huius sæculi. C A P. 33.

INter cætera quæ solent tribui regibus huius mundi, est nobilitas, quæ in aliquibus à Deo est, vt illa Saul & Dauid qui prius erant pastores, alia ab hominibus ob virtutes nobiles, seu notabiles, eorum qui virtute & prudentia rexerunt populum, & fortitudine defenderunt. Alij suis opibus releuarunt inopiam populi. Ex his eligebantur reges, quos prouidentia Dei voluit esse ad conseruationem Rerump.

DE REGNO

Vide Dan.
4. & Sap. 1.

Id est rex est
imago Dei
animata.

quas Dominus debebat vocare per euangelium, præcipuè electos, propter quos conseruatus est mundus, & Respub. vnde reges, ex Platone de regno, debent alios præcedere prudentia & iustitia, vt sint similes regi cœlesti. per primum cognoscitur quod est bonum ad quod operationes humanæ debent dirigi: per secundū humana gubernare. Primum pertinet ad contemplatiuam, secundum ad actiuam. In reliquis autem debent esse conciuēs & socij subditorum, & tales erga subditos, qualem erga se optant Deum *ὁμοῦν δὲ ὁ βασιλεὺς ἐστὶν ἐμφικὸς θεῶν*, inquit Menander. Ideo vocantur dij, & vt quoddam diuinum numen adorantur. Vnde Mardocheus noluit adorare Aman, qui tamen adorauit Assuerum. Optabat Plato tantum vnum regem esse in terra, sicut est in cœlo. Idem Homer. 2. Ilia & Arist. 12. Metaph. Regibus parum conferunt vires membrorū, sed scientia regendi facit hominem regium, intelligētia & robur animi regis sunt quæ Reipub. conferunt ex Plat. & Cic. 1. offic. Oportet vt reges commodorum priorum quærant vtilitatem Reipub. & curent: alioqui

totum corpus Reipub. non vnum mem-
brum relictis aliis. Dominiū regale opti-
mum est. 3. Polyt. Quare Dominus non
detractat assumere nomen regium ma-
ximè & præcipuè populi fidelis cum quo
inijt fœdus, & cui dedit suas leges. Reges
qui sunt fidei cultores, debēt habere pro
tutione regni fortes sacerdotes, & prædi-
catores pro lege, & prophetas qui orent
pro illis: vt 1. Reg. 10. Christi regnū nō est
more regnorū huius sæculi. Ioan. 18. Re-
gnum meum non est de hoc mundo: re-
ges enim mundi quærunt honorem &
cōmodum, Christus autem honorat nos.
Quòd rex cœli & angelorum sit rex, ve-
rissimū. Item regnat in nostrum commo-
dum, vt sua nobis impartiat. Mundus do-
minatur potentia carnali, & mundi legi-
bus: Regnum vero Christi nō armis car-
nalibus acquiritur, sed verbi gladio & e-
uangelij, quod est virtus Dei, & per illud
regnat Christus in cordibus credentium,
qui largitur pro peccato iustitiā, pro cru-
ce gaudium, pro morte vitam, pro infer-
no cœlum: Regnum mundi constat ma-
nu militari: sed regnum Christi in poten-
tia carnali passionibus, afflictionibus, iu-

1. Reg. 10.

Ioan. 18.

DE REGNO

stitia, æquitate, bonitate, vita æternâ. non defenditur exercitu armato, sed sanguinis effusione, qui est semen ecclesiæ. Nâ quantò plures occiduntur tantò plures sunt Christiani. Ioan. 12. Si mortuum fuerit, multum fructum affert. gladio enim spirituali & passionibus paratum est illud regnum & illis protegitur. Regna mundi corruptibilia sunt, Eccles. 10. Omnis potētatus vita breuis, hodie rex, & cras morietur. Baru. 3. vbi sunt principes gētium, qui dominantur, &c. qui argentum fabricāt & aurum? mortui sunt, & ad infera descenderunt. Transferūtur regna. Eccles. 10. & Dan. 2. De monarchiis vide aliisq̄ue regnis Iudæorū quidem, etiamsi essent populus Dei, durat regnum 485. annis, sub 22. regibus. regnum Argiuorum 544, sub 13. regibus. Athenarum 487, sub 18. regibus. Latinorum 625. sub 21. regibus. Medorum 259. sub 8. regibus. Persarum verò, 252. annis, sub 14. regibus. Macedonum 644. sub 39. regibus, Assyriorum, 1240. annis. sub 36. regibus. Omnium siquidē rerum vicissitudo, & nihil stabile sub cælo. Sed regnum Christi tametsi minimū, inter tot bella, & dæmonum & regnorum mundi,

Ioan. 12.

Eccles. 10.

Eccles. 10.

Dan. 2.

mundi, sine armis corporalibus, persistit, triumphat, manet in æternum: quî enim debellaretur à mundo regnum Christi què Christus fudit. Ego (inquit) vici mundum, qui à Satana quem deiecit & oppressum nobis subegit. Dedi (inquit) potestatem vobis calcandi super serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici. Victoria autem Christi nobis est Donata. *1. Cor. 15.* Vnde nihil minus Deo potest expugnare regnum Christi. *1. Ioan. 4.* Maior enim est qui in vobis est quam qui in mundo. Regnum enim ecclesie est columna veritatis. atqui veritas semper manet & vincit spiritus sanctus. Illam congregat per verbum, sanctificat in agnita veritate, gubernat, ornat, variis & donis consolatur & erigit in cruce. Facit eam producere fructus spiritus. *Galat. 5.* Deo gratos habet Christum & spiritum sanctum manentes cum ea in æternum. hoc addendum quod regnum Christi constat præcipue ex electis. *Rom. 8.* quos prædestinavit hos & vocavit ad ouile & regnum Christi sic Paul. ad Tit. 1. Fidem ecclesie vocat fidem electorum, quos congregavit Dominus per Apostolos suos *Ioan. 11.* vt filios Dei

DE REGNO

qui erant dispersi congregaret in vnum
 congregandos postmodū in iudicio per
 Matih. 24. angelos Mat. 24. Mittet angelos suos, cō-
 gregabunt electos eius à quatuor ventis,
 &c. propter quos factus est mūdus & per-
 sistit: propter eos (inquam) impartit Deus
 bona huic mundo. August. in 5. cap. Mat.
 Solem suū oriri facit super bonos & ma-
 los, pluit super iustos & iniustos: sed pro-
 pter iustos (inquit) propter electos venit
 Ioan. 10. Christus, & mortuus est. Ioan. 10. Animā
 meam pono pro ouibus meis. propter ele-
 ctos breuiabuntur dies iræ Dei, impēden-
 te iudicio. Matt. 24. Omnia (inquit Pau-
 lus) sustineo propter electos. 2. Cor. 2. De-
 ficientibus electis, deficient & mundus. Illi
 Ioan. 10. quidem non possunt perire. Ioan. 10. Nō
 peribunt in æternum, neq; rapiet quisquā
 eos de manibus meis, qui iam sunt salui
 Rom. 8. spe. Roma. 8. & ad Tit. 3. Hi soli Deo noti
 Tit. 3. sunt. 2. ad Tim. 2. Cognouit Domin⁹ qui
 2. Tim. 2. sunt eius: nos fide cognoscimus vnā san-
 ctam ecclesiam, & vnum Christi regnū:
 Ioan. 6. ad quod mittuntur omnes electi. Ioan. 6.
 Omnis qui audiuit à patre, & didicit, ve-
 nit ad me: omne quod dat mihi pater, ad
 me veniet: & eum qui venit ad me, non

eijciam foras. Extra illud regnum nō est
 salus. Est enim vnū corpus cum Christo.
 Rom. 12. & 1. Cor. 12. & Ephe. 4. vnde qui Rom. 12.
1. Cor. 12.
Ephes. 4.
 nō est in hoc corpore, nō manet in Chri-
 sto: sed si quis in me non manserit (inquit
 Christus) mittetur foras sicut palmes, & Ioan. 15.
 arefcet: & in ignem mittent eū, & ardet.
 Hoc regnum est templū Dei, & spiritus
 sancti: à quo sanctificatur: ideo dicitur re-
 gnūm sanctum ecclesia sancta. eò modo
 pro prædestinatis accipit nomē ecclesie:
 sæpius August. in Enchir. & Paschas. lib.
 de Sacram. quamuis largè accipiatur pro
 iis qui communicant in fide, doctrina, &
 sacramentis ecclesie: etiamsi sint in pec-
 cato. Matth. 13. & 25. & August. de fide ad Matth. 13. 15.
 Petrum parte 2. cap. 13. & cōtra literas Pe-
 tiliani. Igitur electi ex quibus propriè cō-
 stat regnum Christi non possunt obrui,
 nec Christus qui est omnipotens. Manet
 ergo regnum istud inæternū. Character
 autem eorū qui sunt huius regni electo-
 rum est perseverantia in fide. Matth. 10.
Luc. 21.
 Luc. 21. Vnde dicit Dominus in errorem
 ducentur (etiamsi fieri potest) electi: qua-
 si diceret, non possunt saltem quod illic
 hæreant & quia pauci hodie perseverāt.

O ij

In fide signum est electos esse paucos.

CAP. 34

Quid necessarium ut simus de regno Christi.

Ephes. 2.
Colos. 2.



Ephes. 5.

Rom. 6.
Hebr. 11.

Via Christus regnat in nobis per fidem sicut diabolus, per infidelitatē, Eph. 2. & Colos. 2. qui propterea dicitur princeps tenebrarū, id est infidelium. Eratis enim aliquando tenebræ. Ephe. 5. Igitur ad hoc quod sumus ascriptitij in regno Christi, necessaria est fides in Christum, & sacramentum fidei, id est baptismus, quo initiamur, & protestamur fidem de Christo pro nobis mortuo, Rom. 6. & Heb. 11. Deserimus regnum Satanæ, carnis & mundi. Vnde renunciamus diabolo & pompis eius, obseruamusque in ipso baptismo cæremonias eorum qui addicebantur militiæ. Illi enim dabant sua nomina: sic & nos in baptisate: signabantur punctis, & nos cruce in fronte: conceptis verbis iurabāt se ad omnia ducis iussa præsto futuros: formam iuramēti expromit Vegetius: item mori pro Rep. dabatur donatiuum, veluti pignus & autoramentum: non pugna-